PIſcium ſignum generatim infrigidat ac vētos prouocat. Per partes quideꝫ ee ſtelle que primo in decano diſcurrunt temperant: que in medio nimiuꝫ humectant: que in vltimo vrunt. At ſeptētriōales vētos. meridiales aquas emittūt.

Piſcis ¶ Duodecimum interuallum ab imbribus temporum piſcibus dedicarunt. aque etiam viribus quas iuppiter domicilij exercet in piſcibus. venus vero exaltationis. Hec igitur duodecim interualla ſiue ſpatia ſigna dicta ſunt: ꝙ ſol per ea decurrens nobis vires aliquas ſignat: vel ꝙ ſimilitudines. xij. animalium ſol in eis gerit. Sūt autem hec in octauo orbe imobiliter conſtituta. ad que ⁊ per que quum ſol cetereque ſtelle decurrunt poſituraſ habent ad polos mundi: ⁊ ad nos fixas et inuariabiles: nec nomen habent e ſtellis: quando quidem ſtelle non ſint partes eorum fixe: ſed per ea diſcurrentes annis circiter. cc. vel. c. vel. lxx. per vnum gradū. Hec quidē non immobilia dicas: ꝙ non diario motu ſaltem mouentur: ſed ꝙ ſemper ad polos ac centrum mundi eadem poſitura conſtituta ſunt. ſtelleqꝫ dum per ipſa diſcurrunt rationem ſeruant ſemper eandem ad polos centrumque mundi. Qua e re quid Ptholomeus ſentiat: perſpicuuꝫ eſt nunc. Et de ſignorum craſibus hec ſatis. E quibus facile genus qualitatum aeriarum mathematicus colligere poteſt: quando quideꝫ ſigna genus ſubminiſtrant. videlicet dominicum et luminarium ⁊ oecodeſpotes ſpeciem.

¶ Enuntum. XX.

PRo rebus anni vniuſcuiuſqꝫ temporis trimeſtris operepreciũ eſt obſeruare coniunctioneꝫ vel oppoſitionem: que ſolſtitijs ac equinoctijs ꝓxime ſunt: ⁊ ad horam earum pro ſingulo climate cardines cōſtituere. perinde vt in geneſi fit: deīde qui planetaruꝫ in ſigno luminario. anguloqꝫ precedenti oecodeſpotiam obtinet. colligere. perinde vt in deliquijs iuſſimus: nec conditiones anni partiuꝫ preterire. Ubi nāqꝫ dominatrices ſtelle conditioni temporis conuenerint: ſignificationes erunt plene ac pollentes. vbi diſconuenerint: vires ſignificationum imbecille erunt.

¶ Primo Ptholomeus iubet obſeruare coniunctioneꝫ luminarium vel oppoſitionem: que proxima eſt quattuor illis principijs: quando quidem ab his coniunctionibus vel oppoſitionibus tempora ipſa proficiſcantur.

Modꝰ ꝓgnoſtici i trimeſtri tēpore.

In quibꝰ verificato tempore. thema ꝓ ſingulo climate vult eſſe collocanduꝫ: qđ fit cardineſ erigēdo: erraticas: ⁊ nō erraticas collocādo. vt in geneſi iubet: deinde vult dominatrices ſtellas eſſe colligendas: que eadeꝫ via ac ratione: qua in deliquijs fit: colligi debent.

Locꝰ luminariꝰ

Locus enim luminarius eſt in primis habendus: cardo precedens ſecundo loco. eſt autem locus luminarius in coniunctiōe ſignum ipſuꝫ ac ſigni pars in qua luminaria coniunguntur. In oppoſitione ſemper locus ſolis. vt ſuperius diximus: pro rebus anni ſignificandis.

Cardo Oecodeſpotes.

Cardo autem ille eſt qui ſolem orientalis precedit. Erit igitur oecodeſpotes ille qui vtriſqꝫ locis preeſt iuriſdictionibus pluribus. Hec iam diximus. Deinde tēporis anni cōditio eſt animaduertenda. nam eſtas eſt calida ſerena. autunnus ſiccus vētoſus. ac corruſcoſus. Hyems frigida pluuioſa. ac ventoſa. ver humidum. ac tonitruoſum. Ex his colligitur genus ſignificationuꝫ e temporis anni conditione: ⁊ e loco dominico: ⁊ e loco luminario: quibus adamuſim obſeruatis ſpecies ſignificationum colligitur ab ipſius oecodeſpotis ydiotropia. Nam vbi genus recipietur in ventis ⁊ pluuijs. Tū e ſignis dominicis ⁊ luminari. Tū a conditione temporis: ſpecies relinquitur ab ydiotropia oecodeſpotis: e quo etiam incrementa ⁊ imminutiones habebuntur: hac ratione ꝙ vbi ipſe cum temporis conditione conuenit: ſignificationes erunt plene ac exuperantes. vbi autem diſconuenit iminuentur. Non ſunt autem fixe: que cum locis oriunt᷑ pretereunde: nec mixtiones: nec exuperationes omittēde. Nā per hec omnis qualitas ⁊ ſpecies ⁊ imminutiones ⁊ incrementa habebuntur. Nec pretereunda eſt regionis cōditio. nam alie regiones conditione ſua ſunt plus apte pluuijs. alie ventis. alie alijs id genus.

Exēpluꝫ

Ut auteꝫ res iſta exemplo pateat anno hoc. M. ccccc. ⁊ . iij. dum hyſpani cōtra gallos fronte aſſiſtebant iuxta lirim: qđ nunc garlianuꝫ eſt: in agro noſtro ſueſſano: apud centure rus rogatus fui ab omnibus dominis vt de qualitatibus aeris hyemis proximi aliqua predicerem. Ad quoruꝫ votum quū hyems eſſet plenilunaris thema hyemis contingit eiuſmodi.

Themate hoc ɔſtituto duos dominatores feci in themate. iouez: qꝛ loco oppõnis hoc eſt ſolis preeſt: ꝛ ſaturnuz: qꝛ cardini pcedēti hoc eſt occidenti. hꝫ quoqꝫ mars ptez: qꝛ dñs aſcñtis. genus itaqꝫ ſignificationū hac rõne percepi: ꝙ oppoſitio in ſagittario ɔtigit: ſignificationes in genere ventoꝝ collocauimus: deide qꝛ dñantes ſtelle erāt in cancro: qð ſerenum facit: etiā ſignificationes in ſereno genere recepimus. Aſpeximus ad temporis anni conditionē: ꝛ ſcimus illā eſſe pluuioſam ꝛ ventoſam. Tuz ob temporis anni partem. Tum ob eclypſis ſolaris ſignificationes: que tum vigebant: q̄ ventos noxios: ꝛ pluuias dānoſas portendebant. Rurſuz ad loci conditionē animaduerti: que quia erat aquoſa. lacunoſa. ꝛ propenſa pluuijs: etiam in pluuijs genus recepimus: e quibus omnibꝰ tempus eſſe pluuioſum. ac vētoſuz percepimus. ipſumqꝫ habere aliqd magne ſerenitatis: propter cancrum: per quem oecodeſpotes diſcurrebant. De ſpē venti ita procedebā. Juppiter primus oecodeſpotes vētos eſſe multos ꝛ humidos portendebat: nõqꝫ noxios: ſaturnus addebat diſſipatiuos ventos ꝛ nebuliões: ac ſeuas pluuias: mars addebat ventos calidos. fulgura. ꝛ tempeſtuoſos nimbos. in mari fluctus maximos. Saturnus: qꝛ vtriſqꝫ mixtꝰ erat addebat frigus maximū miras nebuliões. vētoꝝ afflatus icõueniētes. niues. ꝛ gelicidia. Mercurius vtriſqꝫ diameter e capricorno humecto augebat ventos facienſqꝫ illos repentinos ac feſtinos ꝛ diſſipatiuos. Jncrementa aquarū maxima quotiens ipſe orientalis ante ſolez precedebat. venus quoqꝫ diametra e capricorno addebat in ſerenitatē humiditatemqꝫ. Juppiterqꝫ ipſe dominus primus idē. Ex ijs omnibus ꝛ alijs que tunc videbantur in themate de aeris qualitatibꝰ hec mixta pdixi. Jnterque mala: ēt comes venaphri fulgure diem ſuū obijt: ꝛ multi alij: qui ſecum in caſtro erant apud centurā. Petrus medice circa os fluminis fluctibus ſubmergitur: ꝛ cum eo plures: arbores ꝛ rura diſſipanẛ: ꝛ alia plurima. hec de themate ɔſtituēdo ſatis: ac de rebꝰ anni.

O O .xx. Sagittarij.




Enunᵗᵘᵐ XXI.

PRo rebus menſium quotiens tēpus anni interlunare fuerit: coniunctionē pro rebus menſium caput facientes. obſeruabimus: vbi vero plenilũare: oppoſitionem faciemus caput. Jtemqꝫ cardines erigemus ꝛ oecodeſpotes luminarij. ac cardinis ſequentis colligemus. Ad hec ꝛ fixarum cum his locis coortus: nec non erraticarum configurationes. tum cuz oecodeſpote. tum cum luminare. qualitates quoqꝫ tam fixarum q̄ erraticarum. quoſqꝫ ventos exuſcitēt. rurſus fines in quibus fuerint. Demuz ad poſituram quoꝝ ventoꝝ luna ſecedat.

Pro rebꝰ menſis. Quotiens anni pars fuerit plenilunaris, omnes menſe eiuſdem e plenilunio caput aſſument: quotiēs autez interlunaris: menſes ab interlunio proficiſcenẛ. Quando igitur cõiunctio eſt menſis caput: ad locū illius temporis thema cõſtituatur perinde vt in geneſi ad mediū tue regionis fit: vbi primarius locus erit: ſemper ille in quo luna collocatur: ſiue plenilunaris: ſiue interlunaris ſit menſis: quando quidem e luna ſit menſis: menſiumqꝫ qualitates: quoniam vero luna nocturna eſt: occidens ſiniſtra: cardo ſuccedens eſt ſecūdo loco habēdus: quorumque oecodeſpotem ſiue vnum ſiue duos operepreſcium eſt colligere per rationem: quam diximus in delitijs: ac trimeſtribus coniugationibus. Deinde ſtellas fixas aſſumemus: que in locis dominicis oriūtur: vel in cardine: aut loco luminaris. Poſtea configurationes ac admixtiones planetarum ad dominos: ꝛ ad luminare: nec non ꝛ fixarum cõfigurationes cum eiſdem animaduertemus: conſiderantes que harum ſint nature queue qualitates. Ulterius quos per fines dominantes ſtelle: vel his configurate peragrent: quando quidez fines naturā planete ſubeant. Demū lune latitudinez obſeruabimus. nam quando in ſeptentrionem aſſurgit: ſeptentrionales ſuſcitat ventos: vbi in meridiez declinat: meridionales. His mixtim obſeruatis exuperātes ſtellas preponemus: dicentes qualitatez aeris recipi in genere: quod ſignum luminare: ac dominicum ſubminiſtrant: ſpeciez vero oecodeſpotes facit pro ratione exuperantium ſtellarum. Hac igitur ratione de meſtruis qualitatibus obſeruare poſſumus: non tamē pretereunde ſunt gnāles ſignificationes eclypſium: crinitarūqꝫ ſtellarum: nec temporis conditiones: nec ſignificationes trimeſtrium coniunctionū vel oppoſitionū: nec regionum propēſiones. Semimeſtrua ɔſtitutio.



Sili rõne obſeruari poſſunt q̄litates ſemimēſis p ɔſtitutionē oppõnis: ſi mēſis ſit interlunaris vel ɔiunctionis: vbi ſit mēſis plenilunaris: qñ. n. caput mēſis ē iterluniū: ſemimēſis in plenilunio collocabiẛ: vbi caput menſis ſit pleniluniū: dimidiū erit i ɔiūctiõe.

Enunᵗᵘᵐ. XXII.

Pro hebdo. PRo qualitatibus ebdomadarijs hebdomade ſunt quadrangule.

Quotiēs luna puenit ad ptē. xc. diſtātē e ſole: tūc quadrāgula ē ſoli: ꝛ ſemiplena: ſiue dimidua. q̊ fit vt mathematicus obſeruare dꝫ locū lune in pmis: deinde cardinē q ſuccedit lune i themate pinde: vt in ɔiūctione pcepimus: oecodeſpoteſqꝫ ē colligēdus ea rõne ꝛ via: quam ſepe diximus. conſiderāda ſunt ſigna dñica: luminareqꝫ: coortus fixarū: ɔfigurationes ꝛ ad oecodeſpotē ꝛ ad luminare: necnõ platiorem in mixtura: cetera faciēdo: vt diximus in alijs.

Enunᵗᵘᵐ. XXIII.

Semihebdo. PRo rebus ſemihebdomedarijs obſeruanda ſunt ſemiquadrangula.

Semiquadrāgulū lune ad ſolē ē: q̄tiēs luna e ſole receſſerit ptibꝰ. xlv. quo tpe ipſa cornicularis eſt. Pro q̄litatibus igiẛ que apparebūt in ſemihebdomada obſeruāda partiliter hora qua luna ptē hāc ingrediẛ: ad quā thema eſt ɔſtituendū: ꝛ de ceteris eſt ita faciēdū: vt in ceteris fecimus. Per hāc. n. obſeruationē de q̄litatibus ſemihebdomadarijs poteri-
Pro dimidio hu-ius. mus cõiectare. Pro rebus vͦ ſemihebdomadarijs dimidiatis obſeruare debemus qñ luna e ſole diſteterit partibus. xxij. minutiſqꝫ. xxx. Hec. n. diſtātia e ſole ſemiquadrāgulū dimidiatū facit: pro q̄litatibus igiẛ: que in ſemihebdomada dimidiata ɔtingūt: obſeruāda eſt lune cõſtitutio atqꝫ ſtatus: perinde vt in alijs fecimus.

Enunᵗᵘᵐ. XXIIII.

PRo qualitatibus aeris ſingulo die obſeruande ſunt ſtelle fixe limpide ac q̄ nimis relucent: quotiēs enim he oriūtur vel occidunt tēpora mutant.

De die Fixe clare: limpide: he ſunt: quas nr̄i pme magnitudinis vocāt a relucētie magnitudine: dicte q̊ꝫ pp vires regie. He oriūtur matutine qñ pcedētes ſolē ptibꝰ. xi. ortū faciūt in mane: vt Plinius inqt. Veſptine vͦ: quotiens ſuccedētes ſolē ptibꝰ. xij. in occidēte apparēt veſpe. alijs ēt modis fit: vt plinius. xviij. lib. capite. xxv. veꝝ ex ſupputationibꝰ ptolomei lib. magne cõpõnis octauo relinquaẛ. He quotiēs ſic cū ſole oriūtur: vel occidūt mutare ſolēt aerē nõ qdē ad diē tm̄: ſed ad anni ptē tēporariaz. Vñ plurimi accuratiſſimi viri p ortus vel occaſus eiuſmodi anni tēpora diuidūt: vt Ariſt. in p̊ lib. pblematū. ab ortu. n. matutino vergiliarū ver facit: ob qð vergilie a vere dicūtur. He. n. oriri ſolēt ortu. vꝫ. matutino pmis fere diebꝰ maij. ab ortu canicule. xx. fere diebus iulij facit eſtatem. ab ortu arturi tertia fere die ſeptēbris cõſtituit autūnum. ab ortu aquile. xxi. fere decēbris hiemem facit. alij ab ortu orionis nona martij hiemē obſeruant: qð non eſt verū. Tantā igitur viꝫ his tribuerunt: vt anni tēpora eas ingenerare confirment. Ariſtotiles preterea in lib. de ſignis temporum videtur maximas vires prebere his ſtellis: que grece pliades: babylonice: atoragе: latine vergilie dicuntur. Jnquit. n. pliades autē occidentes atqꝫ orientes annū quidē in duo diuidūt. ab occaſu enim earū vſqꝫ in ortum dimidium anni fit. Faciunt autem ſimiliter anni tempora pp quadrāgula ꝛ diametrationem cum ſole. Tunc inquit. qualis itaqꝫ fuerit aeris conſtitutio pliadibus occidentibus: talis frequentius erit in conuerſionem brumalē vſqꝫ conſtitutio ipſa aeris: lꝫ interdum euariet. Qꝛ ſi eo brumali tempore aeris conſtitutio diſſimilis ſit ei que erat in occaſu: permutabiẛ aer vſqꝫ in equinoctium: deinde ſimiliter vſqꝫ ad pliadum ortum: ꝛ ab hoc vſqꝫ in eſtiuam conuerſionez: ꝛ ex inde vſqꝫ ad equinoctium autūnale. hinc quoqꝫ vſqꝫ ad occaſuz earum. Omnibus. n. his tēporibus: vt dicit mutationes faciunt. Rem hanc quam Ariſto. refert auctore plinio. xviij. libro heſiodus obſeruauit. d. occaſum vergiliarum matutinum eſſe caput anni. Pro re igi-
tur hac explicāda. primo quot modis ratio ortus vel oc- Quid ortus.
caſus obſeruetur dicemus. Scðo ſtellas obſeruatas hic inde colligemus. His itaqꝫ ratio obſeruata (auctore pli-
nio. xviij. lib.) eſt tribus modis: ex ortu ſiderum ꝛ occa- Plinius de ortu
ſu: atqꝫ ipſorum temporum cardinibus: exortus occaſuſqꝫ binis modis intelligūtur. aut. n. aduētu ſolis occultātur ſtelle ꝛ conſpici deſinūt: aut eiuſdē abſceſſu proferūt ſe in emerſum. Hoc melius q̄ exortum conſuetudo dixiſſet: ꝛ illud occultationē potius q̄ occaſuz. Jllo modo quo die incipiunt apparere vel deſinūt oriente ſole aut occidēte: matutini veſpertiniue cognominati: pro vt alterius eorū mane vel crepuſculo ɔtingit. Dodrantes horarum hoc eſt tribus quartis cum miniuz interualla ea
deſiderant añ ſolis ortū vel poſt occaſū: vt aſpici poſſint: Ariſto. de ortu
deinde loqtur de alijs q̄ omittimus. Ariſt. vͦ in lib. de ſignis tēpoꝝ inqt. Sūt aūt occaſus duplices: occultatiões enĩ occaſus ſūt. Hic aūt ē q̊tiēs ſtella ſimul occidit cū ſole: ꝛ qñ ſimul exoriẛ exoriēte ſole. Silr̓ aūt ꝛ exortꝰ que apparitiones dici pñt duplices ſūt: qñ ſtella oriẛ pcedēs ſolē: alij vͦ ɔ quando occidente ſole: ſtella ſimul exoriẛ.
verum: vt latius hec res intelligaẛ: que ptolomeus i. 8°. Quot modis ortus ap ptole.
lib. cõpõnis magne: ac vltimo dicat: adijciamus. Stelle itaqꝫ fixe ad ſolē hñt tres habitꝰ ſiue rõnes: ortuz: occaſum: ac celi mediationē: que ſi dicātur in tres: erūt habi-
tudines. ix. Prima itaqꝫ habitudo ortus ē matutinꝰ: dū Prima habitudo
vꝫ. ſol ꝛ ſtella ipſa oriētali in finitoris pte ɔſtituūtur: cuius qdē tres ſunt modi. vnꝰ quotiēs ſtella ſub radijs collocata: ſtati poſt ſolē ortū exoriẛ. Scðs q̄tiēs ſtella ſub radijs exñs: ſoli ipſi cooriẛ: quiqꝫ ambo modi ſenſu nõ pcipiūtur. Tertius quotiēs ſtella e radijs euadēs pcedens Secunda
ſolē oritur. Scða aūt habitudo ſtellarū eſt: q̄ celi matutina nūcupaẛ mediatio: quotiēs. vꝫ. ſole exoriēte: ſtella ipſa culminet: cuius q̊ꝫ tres ſunt modi. Primus dū poſt ſolē ortū: ſtella mox culmiēt: queqꝫ habitudo minime ſpectari põt: Scðs quotiēs ſole exoriente: ſtella ipſa culminet: quiqꝫ modus nequaq̄ conſpici põt. Tertius quotiens cū ſtella ipſa culminet: mox ſol exoriatur: quiqꝫ mo-
dus ſenſu obſeruari põt. Tertia habitudo eſt quotiēs ſo- Tertia
le exoriēte: ſtella occidit: queqꝫ occaſus nūcupaẛ matutinus: cuius ꝛ tres ſunt modi. Primus quotiēs ſtati poſt ſolē exortū: ſtella occidit. Scðs quotiēs ſol ꝛ ſtella i orizõte preciſiſſime ɔſtituunẛ: ſol qdē e pte ortus: illa e parte occaſus: neuter tñ ſenſu ſpectaẛ. Tertiꝰ q̊tiēs: poſt ſtel-
lā occidētē ſol oritur: qð qdē ſenſu deprehēdi põt. Quar- Quarta
ta habitudo eſt ortus meridianus: fit āt hec quotiēs ſol meridianat: ꝛ tūc ſtella in oriētis pte ɔſtituiẛ: qð duplr̓ ē vel ſole culminãte: ſtella exoritur: qui diurnus exortus dr̄. vel i imo terre cõſtituto: ſtella exoriẛ: quiqꝫ nocturnꝰ
eſt. Primū ſenſus nõ cõprehēdit: ſed zᵐ. Quĩta habitu- Quinta
do eſt celi meridiana mediatio: q̄ ɔtingit: dū ſtella celuz mediat: ſole meridianū occupāte: qð eſt ēt duplr̓: vel qñ ſol ꝛ ſtella ſimul culmināt: vel qñ ſol culminat: ſtella vͦ ſub terra cuſpidat. Quoꝝ neuter ſentiri põt. Duo q̊ꝫ mo-

di nocturni: vnꝰ quotiēs ſol ſub terra cuſpidet: ſtella vero culminet. Alius q̊tiens ſol ⁊ ſtella ſimul ſub terra cuſpidēt. Primꝰ ſenſu dinoſci pōt: ſcđs minime. Sexta ha

Sexta

bitudo. occaſus eſt meridianꝰ: dū ſol culminat: ſtella occidit: qđ duplr̄ fit: vł ī die qñ ſol culminat: ſtella occidit qđ ſenſus fugit: vel in nocte qñ ſol imat: ſtella occidit: qđ ſenſu pꝫ. Septima. veſpertinus eſt ortus qñ. vꝫ. ſole occi

Septia.

dēte: ſtella oriētē tenet: qđ tripliciter fit. vno mō poſt ſolē occidētem ſtella exorit̄: qđ videri pōt. Alio mō quotiens ſol ſimul occidit: ſtellaqꝫ exorit̄. Alio vō mō quādo poſt ſtellā ortam ſol occidit: qui ambo modi nō ſenſu deprehēdūtur. Octaua habitudo eſt celi veſpertina media

Octaua

tio: quotiēs. vꝫ. ſole occidēte ſtella cuſpidat: qđqꝫ trifariam cōtingit. vno modo poſt ſolē occidentē: ſtella ſub terra vel ſub terra cuſpidat. Alio vero mō qñ ſimul ſol occidit ⁊ ſtella culminat vel imat. Alio qñ poſt ſtellā cuſpi

Nona

dantē: ſol occidit. Nona habitudo eſt quotiēs ſol ⁊ ſtella in occaſu cōſtituuntur: qđ ēt trifariā fit: vel qñ ſtella ſub radijs ꝯſtituta: occidit poſt ſolē occidētē: vel qñ ambo ſimul occidūt: vel qñ ſtella ſub radijs collocata p̄cedens ſolē occidit. Sūt igit̄ nouē modi ſiue habitudines. que totiens multiplicari pñt. Ex his pſpicuū eſt ꝙ quemadmodū fixe nunc apparētes ſero poſt ſolis occaſuꝫ: aliqñ diſparere incipiūt ſole ad eas accedente: inde vō aliquātulū latēt. Poſtea vero ſole ab eis recedēte: mane iterū apparere incipiūt: ita q̊ꝫ qnqꝫ erratice ad ſoleꝫ ſe habēt: differenter tñ. Nā ī fixis acceſſus ſolis ad eas ſiue ab eis receſſus: apparitionis vel occultationis eſt cā: qđ ēt ī tribus ſuperioribus conuenit: veꝝ in mercurio atqꝫ vene

In planetis q̄liter.

re copioſior eſt apparitionis vel occultatiōis cā. Illi enī non modo ꝑꝑ ſolis ad ipſos acceſſuꝫ: vel ab eis receſſuꝫ das conſequūtur affectiones: ſed ipſi met ſoli appropinquātes: aut eū aufugiētes hoc paſſionis genus cōſequūtur. quo fit: vt quēadmodū fixus ipſis ſimplices ille cōtingunt paſſiones: ⁊ tribus ipſis ſuperioribus: ita veneri ⁊ mercurio geminate: tres nāqꝫ ſuperiores occultationē patiuntur veſpertinā: ac apparitionē matutinā perinde vt fixe ipſe ſtelle. venus aūt ⁊ mercurius apparitionem non modo matutinā: ſed ⁊ veſpertinā occultationem: itēqꝫ geminā ſubſtinere perhibentur. Sed hec altiori ingſitione in lib. viij. ⁊ xiij. perquirātur. harum paſſionū occultatio ⁊ appītio: que pliniano more exortus ⁊ occaſus nuncupātur: vehemētiores exuſcitationes in aere cōcitant. de qbus ptolomeus intelligit: cetere ēt habitudies cum in locis ſint ad ſolē cōfiguratis: ēt aeris qualitates exuſcitant: ⁊ ſi nō tā fortiter: ac pollēter. Et de occultationibus ⁊ apparitionibus: deqꝫ ortu ⁊ occaſu: culminatione ⁊ imatione ſtellaꝝ nobis dixiſſe ſat ſit in hūc modū. Deinde de ſtellis fixis: quas obſeruarūt antiqui tranſi

Obſeruatio ariſto.

gamus. Ariſt. itaqꝫ in lib. de ſignis tēpoꝝ obſ̄uauit pliades. de qbus dixit eas habere vires mutādi tēpus generatim totius anni. Scđo obſeruat eas ſtellas: que grece oni: latine aſelli nuncupant̄: inter quas nubecula que p̄ſepe ſine preſepia appellatur: interiacet: omneſqꝫ in cancro ꝯſtituūtur. De qbus ait: ꝙ quotiens opace ſpectātur nūciāt pluuias. Amplius caniculā ⁊ arturū ēt: de quibꝰ inqt: ſi in canicula nō pluit: nec in arturo: iuxta eqnoctiū vētus aut aqua erit. De mercurio inqt: ſtella aūt mercurij hieme apparēs: nūciat frigora: eſtate vredines. De arturo aūt ait. In ponto aūt aiūt qñ arcturus oritur celeriter: ꝯrios boree diſtribui. Hec obſeruauit ariſto. eo lib.

Plinij obſ̄uatio.

Plinius vir curioſiſſimus. xx. obſeruauit. Uirgilias primo. Fidiculas ſcđo. Orionē tertio. Canē q̄rto. Delphinū q̄nto. Aglā ſexto. Sagittā ſeptimo. Regiaꝫ ſtellaꝫ octauo. Equū nono. Succulas q̄ grece hyade dicūtur Decio. Palalitiū vndecimo. Edos duodecimo. Capellaꝫ. xiijº. xiiij. boetias. xv. arcturū. xvi. procyonē. xvij. coronam xviij. caniculam. xix. ſpicam quā tenet v̄go. xx. gladium. harum exortus ⁊ occaſus: qui erāt ſuo tēpore. xviij. libro deſignat: ⁊ pluribus regionibus has nō tm̄ aerē mutare ſentit: imo totius anni ſingulas ptes ſolas euariare ingenerareqꝫ cōtēdit. Per haſqꝫ ſolas predictiōes facit. Columella. x. lib. ⁊ xij. xxij. virgilias primo. ij. caniculaꝫ. iij. arturum. iiij. vindemiatorē. v. equū. vi. craterē. vij. argo nauem. viij. nepā. ix. ſucculas. x. fidiculas. xi. fidim. xij. cephēū. xiij. procyonem. xiiij. humeros virginis. xv. andromedā. xvi. aquilā. xvij. claras ſtellas. xviij. delphinū xix. capram. xx. anguiferū: qui grece ophiocus nuncupatur. xxi. ſpicam. xxij. centaurum. Has obſeruat columella: quaſqꝫ hiemare fluctuare ac nimbare ait ſolas. ponitqꝫ exortuū ⁊ occaſuū tpa: que. xij. libro lege. His omiſſis adijciamus que ptolomeus obſeruauit in his hinc inde

Apud ptolo. Plauſtri cuſtos

colligēdo. Stella itaqꝫ que a nr̄is plauſtri cuſtos nuncupat̄ die fere prima ſeptēbris: cum exortu ſolis apparēs infra. vij. horas hiemat. Septimo vero eiuſdē mēſis veſpertinus apparens etiam hiemat. Stella rutila ac ful

Arcturus

gens. Cui nomen eſt arturus: chaldaice dr̄ azimeh aramer: die eiuſdē tertio cū ſolis exortu apparens: hiemat ī

Spica

craſtinū. Martis enim ac iouis retinet qualitateꝫ. Que aūt vocat̄ a noſtris ſpica a grecis ſtachis: chaldaice: azimon alazel. ix. eiuſdē cū ſolis ortu apparēs: hiemat. Retinet. n. veneris qualitatē: martiſqꝫ aliquātulū. Lucide

Alfarath

ſtelle que ad equum: que chaldaice alfarath dicuntur: occidētes. xxv. eiuſdē eſtiuāt. Marti. n. ⁊ mercurio ſimi

Corona

les ſunt. Hec ex ſeptēbri. October vō corona que chaldaice malfelcare dr̄. ſexto die apparens aerē permutat. Sunt aūt corone due: ſeptētrionalis: ⁊ auſtralis: ſeptentrionalis veneris ⁊ mercurij nām imitatur. auſtralis vō

Hedi

mercurij ⁊ ſaturni. Septimo eiuſdē ſtelle que hedi nuncupant̄ veſpertinātes aerē turbāt. Hec de octobre. No

Chelas Corona

uember vō quarto ſtella libra que grece eſt chelas apparens: hiemat. xxi. eiuſdem corona veſptina occidens: aerem permutat. Hec nouembris. December vero pri

Canis Hedi Aquila Orion Eridianꝰ Delphi. Cetus Aquila Cor leōis Delphi. Equus Arcturus Chelas Piſcis Orion Lira Equus Uergilie.

mo canis apparens aerē pluribus pturbat diebꝰ. x. eiuſdem hedi occidentes aerem permutant. xxiº. eiuſdem agla que ⁊ vultur volās dr̄ appens orion ⁊ heridianꝰ occidētes aerē pturbant. xxiij. eiꝰ caput appens pmutat aereꝫ. hec decēbris. Ianuarij vō. iiijº. delphinus appens. vº. cetus veſptinās occidēs. xxv. agla occidēs. corqꝫ leonis ſimilr̄ tribꝰ diebꝰ aerē pmutant. viº. eiuſdē delphinꝰ veſpertinus occidēs aerē pmutat. Hec ianuarij. februarij aūt. xxij. equus veſptinus occidēs aereꝫ pmutat. xxiij. arcturus appens. Idē agit. xxv. chelas grece latīe libra appens aereꝫ ſilr̄ permutat. Hec februarij. Martij vō. viij. piſcis aglonis appens perturbat aerem. ix. eiuſdeꝫ orion appens. x. eiuſdē ſtella quā lyraꝫ vocarūt nūc vulturem cadentē veſpere occidens eridianus etiā. xxi. die equus occidēs aerem pturbāt. hec martij. Aprilis p̄ma ſtelle que virgule dicunt̄ apparētes. xxviij. ꝙ pliades appentes ſūmope aerē pturbāt. Pliadibꝰ Ariſt. Pliniꝰ columella atqꝫ Ptholomeꝰ multū tribuūt. Has ſtellas q hora geniture cū luna horoſcopātes habuerit: magnꝰ ⁊ clarus erit: quas ſi iuppiter feliciter irradiauerit. exercituꝫ ducet. ac terra mariqꝫ multa geret. demuꝫ offenſo p̄ncipe mala morte peribit. qui vero in occiduo cardine ſue geneſis habuerit a maleficis pcuſſas. naufragus morit̄. xxvij. eiuſdē orion veſptinꝰ occidit mutatqꝫ aerē p xx. horas. Hec aplis. p̄io vō maij ſtelle q̄ grece hyades

Succule.

latīe ſuccule cū ſolis exortu appēt. q̄s alij i ore alij i frōte. alij i capite tauri ꝯſtituūt: vna illa fulgēs ac rutula. q̄

Lāpadias

grece lampadias: chaldaice aldebran martiā efficaciam habet: relique ſaturniā: quāuis ēt aliquantulum mercurij hñt. He aerē pmutāt vſqꝫ in diei quartā horā. Quar

Lira

to vō lira apparēs aereꝫ vno die pmutat: ſexto die cū ſolis exortu plias ceſion apparens aerē obnubilat. Nono

Lapſidiꝰ

eiuſdē lapſidiꝰ apparēs aerē p duos mutat annos. Ueſptinus occidēs. xxiiij. eiuſdē p diē vnū ante aerē pmutat. hec ſunt maij. Iunij vero ſcđo agla veſptina apparēs pmutat aerē. ix. eiuſdē delphinus: ac vſqꝫ ad horā vndecimā aerē pmutat. xi. die orion apparere incipit: q̄ tribus ante diebꝰ nimiā aerē pmutat. hec iunij. Iulij vō. ij. orion plenꝰ apparēs eſtiuat. Quarto eiuſdē ſtella q̄ antecanis dr̄ apparēs aerē ſūmopere pturbat. Octauo caniſ apparēs p duos ante dies ſūme pturbat. xxij. die cetus occidit: q tribꝰ diebꝰ aerē pmutat. hec iulij. Auguſti vō. xv. libra occidit: quo aer pmutat̄. Idē delphinꝰ apparēs. xix. facit. xx. die anni dñator: q chaldaice ꝓtinguith dr̄: qui ⁊ aerē p diē ante pmutat. Hec ex ptolo. Hec exoriri vł occidi his diebꝰ antiqtus: ⁊ ptolomei tēpore obſeruatū ē: nr̄o vō tpe aliquātulū differt eaꝝ exortus: qđ nūc omittimus qbus euidētiſſime curioſus mathematicus q̄litates diei ppēdere pōt: quotiēs. n. aliquo die ſtellarū fixarū aliq̄ ex his occultat̄: vel apparet: vel exorit̄: vel occi

Ordo.

dit: eo die aer pmutabit̄ ꝓ nā illius: qđ intellige qñ vł̄ia ꝯſenſerint. Ex ꝯiugatiōe. n. trimeſtre generalis habetur diſpō anni tēporis illiꝰ. Ex meſtrua hētur q̄litas menſis ex illa ſemimeſtrua: illa q̄litas q̄ ē ſemimēſis. Ex q̄drangulo hētur ebdomadaria q̄litas. ex ſemiquadrāgulo. hꝫ ē ex loco lune e ſole diſtanti ptibꝰ. xlv. hētur q̄litas ſemi ebdomade. qđ hac rōne explicauit: qꝛ mutatiōes fieri ſo

Expō ptolomei.

lēt die tertio ante q̄drāgulū. Intēdit. n. qñ luna venit ad ptē e ſole diſtātē. xlvtum. ad quā deuenit tribꝰ diebꝰ cōpletis: ⁊ in q̄rto. Rē hāc punicus īterpres nō olfecit: hñ aūt grecus: p locuꝫ igit̄ ſolis ī trimeſtre ꝯiugatiōe deprehendit̄ trimeſtris q̄litas: p locum lune ī capite mēſis q̄litas mēſis. per locū lune ī capite ſemimēſis hoc eſt qñ in diametro ꝯſtituitur q̄litas ſemimēſis. per locū lune ī capite ebdomade hoc eſt qñ in q̄drangulo ſiniſtro collocat̄: ſtatus ebdomade. Per locū vero eiꝰ ī capite ſemiebdomade hoc ē qñ ī ſemiquadrāgulo ponit̄ ad ſolē: ſtatus q̄driduj habet̄. p ortū fixarū vel occaſum: occultationem vel apparitionē q̄litas diei: q̄ qdē erūt pollentes ſi conuenerint ſeruata ſemper conditione regionis. remanet nunc de hora.

Enuntum. XXV.

**Quotiens luminare per aliquem cardinum peragrauerit: tūc eſt permutationis hora: quēadmodum maris fluxus ac refluxus: ventorū quoqꝫ flatꝰ peragratione luminaris vtriuſqꝫ nis p aliquē hoꝝ cardinū cōtigunt: potiſſimū illi venti: qui cū lune latitudine conuenerint.**

De hora.

Nūc de hora aerie pmutatiōis. hec v̄ba ptolo. tradit: q̄ punicꝰ iterpres minime olfecit. Ptole. ita horā hanc ab

Ariſto. ptolo. conſentiunt.

Ariſto. accepit ī lib. de ſignis tēpoꝝ. d. Silr̄ aūt ⁊ ī die ſe hñt mutatiōes. Frequētiꝰ. n. mane meridie: declinatiōe ac occaſu: ptibuſqꝫ noctis ſilibꝰ mutatiōes accidūt. hec Ariſt. vbi q̄tuor cardines ꝯſtituit: ortū quē ſol mane poſſidet. culmē: p qđ meridie diſcurrit. occaſum: queꝫ veſpe pagrat ac imū: p qđ media nocte decurrit. Sūtqꝫ tractꝰ duo. e culmine in occaſuꝫ: ⁊ huic ꝯrius ab imo ī ortū. Inqt mō ariſto. mutatiōes fieri ea hora: q̄ alteꝝ luminariū hec p loca pagrauerit. Nā loca hec pollētiſſima ſūt: ac vires hñtia exuſcitatiuas: qñ qdē cardines ſunt celi p̄maria loca. Hec ptolo. ad v̄bū ab Ariſto. accēpit. Hoc teſtatur ſignis: p̊ ꝙ luna hos p cardines decurrēs facit maris acceſſuꝫ ac receſſuꝫ. Scđo ꝙ facit vētos maxīe eos illiꝰ poſiture: ad quā eiꝰ latitudo aſſurgit: qua e re ꝯſtat ꝙ habito die pmutatiōis: hora erit qñ luna vel ſol per aliquē hoꝝ locorū diſcurret: erit aūt fortior permutatio: ſi eo tēpore luna peruenerit ad aliquē anguloꝝ octilatere figu

Octilatera figura.

re cū ſole. Ubi aīaduertēdū ē: ariſto. octilaterā figuram lune ad ſolē formaſſe: q̊ꝝ ſingulū latus ē. xlv. partiū. Nā xlv. octies ducta ſūt. ccc. lx. q̊ numero zodiacꝰ ꝯtinet̄. luna itaqꝫ qñ e ſole diſtat ptibꝰ. xlv. tūc ſemiquadrāgula ſiniſtra ē: eſtqꝫ lumine cornicularis: q̄ grece conoides nūcupat̄. Qñ vō ipſa a ſole ptibꝰ. xc. recedit: eſt q̄drāgula ī ſiniſtro: ac ſemiplena: q̄ grece dicotoma hꝫ ē diuidua latine. Qñ ipſa a ſole. c. xxxv. diſtat: ⁊ ī q̄drāgulo ⁊ ſemi cōſtituta: eſtqꝫ lumīe amphicyrta: hoc ē ꝓtumida vel gibboroſa. Qñ ipſa e ſole ptibꝰ. c. lxxx. diſtat ē diametra lumine plena. Qñ e ſole. cc. xxv. diſteterit ē q̄drāgula ad ſolē ⁊ ſemis in dextro. Lumine vō gibboroſa ſiue pretumida. Qñ ptibꝰ diſtat. cc. lxx. eſt q̄drāgula deſtra cū ſole: lumine vō ſemiplena. Qñ ipſa e ſole diſtat. ccc. xv. eſt ſemi quadrāgula dextra: lumine cornicularis. Qñ demū cuꝫ ſole finito ptium numero ꝯgredit̄: eſt ꝯiuncta: ſic igitur habes latera octo: octoqꝫ angulos: quos ariſto. ⁊ ptolo. obſeruant. Scđo nāqꝫ anguli exuſcitatiui ſunt: ac ꝓuocatorij: qdā pleni: vt quadrāguli ⁊ diameter. quidā ſemi pleni: vt dimidia hoꝝ. Qñ igit̄ luna p aliquē cardinum dictoꝝ ortus: culminis: occaſus: ac imi peragrauerit: acceſſeritqꝫ ꝙ ille ipſe cardo ſit aliqs anguloꝝ octiangule figure: aerem omnino permutabit vel ad ſerenum: vel ad contrariū: qñ quidem ſint due prouocationes coniūcte. ſ. cardinis ⁊ anguli. Hec e ptolomeo ⁊ ariſtotile pari

Sexdilatera.

ter habemus. Ueꝝ aīaduertendū non tm̄ octilaterā lunā cū ſole ꝯſtituere figurā: ſꝫ ſexdilateraꝫ: ſexdiāgulāqꝫ que ex. xvi. lateribus vbiqꝫ angulis conſtat. Nā cū. xlv. octies ducta. ccc. lx. ſint. xxij. ⁊ dimidiata pars ſexdecies ducta erūt. ccc. lx. erit igit̄ ſingulū latꝰ ptiū. xxij. minutoruꝫ. xxx. Angulus vō in eius fine collocatus: de hac diximus in lib. de criticis. Quotiēs igitur luna e ſole diſtat. xxij. ptibus. minutis. xxx. erit in primo angulo: qñ additis. xxij. ptibus minutis. xxx. in parte e ſole. xlv. diſtanti collocatur erit in ſecundo angulo. Sicqꝫ in alijs ſemper ptibꝰ. xxij. minutis. xxx. additis. Eſt aūt angulus hic qui dimidio. xlv. partium ꝯſtituit̄ ſemiquadrangulus dimidiatus. Luna itaqꝫ his in angulis ꝯſtituta vires exercet prouocatorias: qñ quidem ſemiquadranguli ſint dimidiati: ſeruāteſqꝫ inimicitie partem ſemimediam: que rō docet: vt peragratio lune: per hos ēt aīaduertatur: eiuſqꝫ ꝯſtitutio ⁊ ſtatus: nā vbi ſerena erit ꝯſtitutio: tempus ad ſerenū mutat: vbi ꝯ̄ pluuioſa: ad pluuias vel alia. Nō minus luna ingrediēte angulos hos debet formari thema: ſed operepreciū eſt colligere etiam occodeſpotes conſiderare ſigna quibus peragrent: ceteraqꝫ faciendo

Dies pluuie.

perinde: vt in eclypſibus iuſſimus. Erit itaqꝫ dies pluuie: quando ſtellarum aliqua relucēs rutilaqꝫ occultatur vel apparet: occidit vel oritur: generalibus quidem

Hora.

ꝯſentiētibus: hor aaūt qñ luna vel ſol p aliquē cardinuꝫ decurret: p̄cipue ū tūc p angulū aliquē figure. xvi. lateꝝ diſcurret. nō aūt eſt pretereūda regionis ꝯditio: qñ qdē hec multū ꝯferat ad rei q̄litatē. Picus in. iij. lib. ſuaꝝ cō

De fluxu maris ap picum.

futationū ſpernit opionem oium aſtrologoꝝ de refluxu aq̄ꝝ p lunā. Fingitqꝫ multas alias pōnes: ⁊ tādē obijcit fere oibꝰ. Prio cur nō fortioris radij deſcēdētis q̄ aſcendētis: cur deſcēdēs reuocat aq̄s: effunditqꝫ aſcēs: cur nō ībecilliores a ſūmo paꝝ declināte: ꝙ tunc p̄m exoriētes

cur ibi receſſū hic acceſſuꝫ facit. Scḋo luna ſub finitore
nō hꝫ vires qbus poſſit ea que ſunt ſupra mouere: ⁊ mul
*Declaratio ptole.* ta alia addit. Eſt aīaduertēdū q̄tuor eē cardines effica/
ces: ac pollētes: ortū: culmē: occaſuꝫ ⁊ imum: quos Ariſt.
ēt magnifecit: q̄tuorqꝫ tractus: ex ortu in culmē orīētalē
maſculinū dextrū. huic ꝯriū ab occidēte in imū orīētalē
dextrū: ac maſculinū. Nā ꝯria eiuſdē ſunt potētie gene/
reqꝫ in eodē collocanť. Eſt alius e culmine ad occaſum
ſiniſter: occiduus: femininus. hinc ēt ꝯrius ſiľr: qñ qdeꝫ
ſūt ꝯrij ac eiuſdē generis. Opinať igiť ptole. ⁊ Ariſto. ēt
oīa elemēta p̄cipue aquā motu lune moueri: indeqꝫ mo
tū ciere: e quo dextrū ſimpľr icipit: ortu. vꝫ. Quādo qdeꝫ
ortus ē cardo pollēs: dexter: ac p̄nm oīum motuū: vt. ij. ce
li tradit ariſto. hinc moueri aquā circulariter in ꝓprio lo
co circa cētrū propriū: vr̄qꝫ aſcendere vſqꝫ quo luna tan
git culmē: verꝫ ipſa circulo ſemꝑ moueť: inde videť no/
bis deſcēdere: re vera circularē ꝯtinuare motū. lunaqꝫ
tāgēte occaſuꝫ refluere vr̄: que re vera circulari motu ⁊
ꝯtinuo ꝑſeuerat. Inde ad imū iterū vr̄ aſcēdere: q̄ vt di/
xi circulo ꝑficit motū. ab imo in ortū deſcendere: que re
uera circulū ꝯtinuat. Ab ortu vero in culmē iterꝫ aſcēde
re vr̄. Quatuor igiť vr̄ aqua permutationes facere in ſua
circulatione: que re vera nulle ſunt. Prima aſcēſus q̄ ic/
circo ab ortu incipit: qꝛ ibi vis p̄ncipij dextra ꝯtinetur: a
culmine lune in occaſum vr̄ deſcēdere: nā tūc eſt vis me
dia: q̄ vires extremas hēre dꝫ. Incipitqꝫ in ſiniſtruꝫ ire:
ac occidētiā. Modo i dextro aſcendit i ſiniſtro: qḋ ē v̄tu
tis ꝯrie deſcēdere dꝫ: cū luna occidit redit ad dextrū ori
entalē. ⁊ aque redire debēt ad aſcēſum atqꝫ orīētalem.
Cū luna ab imo in ortuꝫ ſcādit redit ad ſiniſtrū occiduū
qꝫ quare ⁊ aqua deſcēdere dꝫ. Iterꝫ q̄ꝫ cuꝫ aſcēdere inci
pit luna dextrumqꝫ in locū: ⁊ aqua ſiľr: ⁊ ſic ꝑpetuo fieri
opꝫ. Pꝫ igiť p̄ cur aſcēdit aqua luna ab ortu aſcñte i cul/
men: qm̄ eſt in ꝑte dextra orientali e qua omnes orbes i
cipiūt motū. ſcḋo cur e culmine deſcñte in occaſuꝫ: aqua
deſcēdit: qm̄ luna ꝑ ſiniſtrū occiduū at femininū decur/
rit tractū. Patetqꝫ tertio hos aſcēſum. vꝫ. ⁊ deſcēſum eē
eq̄les: qñ qdē cā ē eqpotēs. pꝫ tertio cur ſub terra idem
fiat ex occaſu qdē in imum decurrēte aquā aſcēdere: nā
tūc luna dedit ad vires orīētales dextras. Ex imo vero
in ortū deſcēdere aq̄s: qꝛ luna redit ad ſiniſtrū occiduū.
Habet q̄ꝫ vires luna tā ſupra finitoreꝫ: q̄ꝫ ſub rōne per/
agrationis. nō aūt rōne luminis. motus aūt elemētoruꝫ
ſeqtur motū corpoꝝ celeſtiuꝫ: nō aūt lumē. ⁊ ita q̄ picus
ingt nō ſunt digna ſuo noīe. rem hāc ariſto. abſoluit eui/
dētiſſime in lib. de ſignis tēpoꝝ: ⁊ ptolomeus hic ꝓ exē/
plo accepit. Aīaduertēdū v̄o oēs eſtus in oceano maiora
itegere ſpacia inundareqꝫ q̄ꝫ in reliquo mari: ſiue qꝛ to/
tū in vniuerſitate aīoſius eſt: q̄ꝫ i ꝑte: ſiue qꝛ magnitudo
a ꝑte ſideris vim laxe craſſantis: efficaciꝰ ſentit eandem
anguſtijs arcētibus qua de cā nec lacus nec amnes ſiľr
mouētur. Octigenis, cubitis ſupra britaniā intumeſcere
eſtus pytheas maſſilieñſis auctor ē. Hec de hora ꝑmutati
onis nūc ſatis. Sed circa hec ambiguitates contingunt.
Nā locū ſignificationuꝫ Ptolemeus dicit eſſe clima: ad
cuius finitorē thema ꝯſtituiť: ſuperius aūt ait has ſolis
luneqꝫ ꝯiūctiones vel oppōnes obſeruādas eſſe vt ꝑticu
lares: pro his. vꝫ. locis: pro qbus erāt generales ꝯſtellati
*De loco.* ones: nō igiť pro climate: ſed pro his regionibus qbus: ſi
ue eclypſis: ſiue cometa ominabať: nā ſic excreſcētia vľ
iminutio relinqueť. Amplius clima ē res ampla: habēſ/
qꝫ tēpus quo aſcñs enariari pōt p̄ncipio medio ⁊ fini: igi
tur vnū thema nō pōt vni climati ſufficere. Tertio cur i
deliquijs locus ſignificationū ē a ſigno i q̄ ꝯtingunt: ⁊ ab
eidē hoſtilibꝰ. In his āt e partitione climatis. Quarto

cur i eclypſibus tris tm̄ cardines obſeruare iubet in his
idifferēter ſub terra ⁊ ſupra terrā. Aīaduertēdū igiť de/
liga hēre vires ꝑꝑ lucis ſurreptionē. Medie ſolis lune/
qꝫ ꝯiugationes ꝑꝑ peragrationē. Agūt. n. in nobis ſtelle
motu ⁊ lumine: vt dicit ariſto. Tūc pꝫ cur in eclypſibus
ſolū ſuꝑius hemiſperiū tm̄ ſit obſeruādū: nam cū de ſub
terraneis deliquijs nulla fit lucis ſurreptio: iccirco ſolū
vires hñt ſupra terrā: p̄cipue in tribus his cardinibꝰ: or
tu. vꝫ. culmine ⁊ occaſu. Medie aūt ſolis luneqꝫ cōiuga
tiones: cū vires hēant ꝑꝑ ꝑagrationē: que eadē eſt ſupra
⁊ ſub terra: inde vtraqꝫ hemiſperia obſeruare iubet. Ul
terius medie ſolis lune ꝯiūctiones vel oppōnes: quotieſ
habētur: vt ꝑticulares cāe: cū ꝑticularis cā (auctore pro
*Proculꝰ* culo) nō agat niſi p̄ſuppoſita actione cāe vľis: nō. n. plan
ta ageret: niſi ſolis actio p̄ſuppōneret: tūc harꝫ themata
faciēda ſūt his ipſis regionibꝰ: ⁊ ad finitores illaꝝ: qbus
vľes cāe ominabanť: qñ qdē ꝑticularis cā i eo loco eoqꝫ
tpe: illud genus effectionū agat: qḋ p̄ſupponit ab actione
prīe vľis cāe. vbi aūt eiuſmodi cōiugationes hñtur: vt ꝑ
ſe cāe: ac ꝓprijs viribꝰ operantes. tūc locus actionū erit
clima ad q̄t thema ipꝫ erigiť. Nāc tūc cāe ſūt effectriceſ
*Quōm thema ſufficit.* ꝑꝑ ꝑagrationē: q̄ ē vna ⁊ eqpotēs climati fere toti: aliter
vbi ꝑꝑ lucis ſurreptionē fierēt effectiōes. Rurſū ꝑꝑ am
plitudinē climatis bonatꝰ obꝟuat aſcñs ꝭm ꝑtes aſcēſio
nū regiōis ac vrbis: ad cuiꝰ orizōtē thema erigiť: tūc vult
vt obſeruenť gradus qnqꝫ ſuccedētes horoſcopātē ꝑtē:
treſqꝫ p̄cedētes: tribuēdo. vꝫ. ſingulo gradui vires. ſ. mi
liaria. liij. vbi cā. ſit thematis plēiluniꝫ arieti grad. xvij.
dādo cuilibet gradui miliaria terre. liij. erit ſignificatio
vſqꝫ ad. xxij. gradū: ⁊ ſic vſqꝫ. cc. lxv. verſus oriēteꝫ: v̄ſus
v̄o occidētē: cū ſint tres gradus. c. lix. igiť thema valebit
ex oriēte ad occidēs. ſ. ſpaciū. cccc. xxiiij. miliariū. tātū/
dē aūt: ⁊ de latitudine ē colligēdū. Alij iubēt tria thema
ta faceť ad mediū p̄nm ac finē climatis. Alij ⁊ fideliꝰ the
ma iubēt fieri ad mediū orizōtis: tm̄qꝫ valere: q̄tuꝫ ori
zōtis ambitus circūclaudit. Eſt aūt orizon: vt q̄dā circu
lo deſignatꝰ celi terminꝰ: qḋ. ſ. terrā vr̄: ⁊ qꝛ ad ipm vere
finē nō pōt hūana acies ꝑuenire: q̄tū qſqꝫ oculos circū/
ferēdo cōſpexit ꝓpoſitū ſibi celi: qḋ. ſ. terrā ē: terminuꝫ/
facit hic orizon: quē ſibi vniuſcuiuſqꝫ circūſcribit aſpe/
ctus vltra. ccc. ⁊. lx. ſtadios lōgitudinē itra ſe ꝯtinere nō
poterit. c. n. ⁊. lxxx. ſtadios non excedit acies ꝯ videntis:
ſed viſus cum ad h̄ ſpaciū venerit acceſſu deficiēs: i ro
tūditatē recurrēdo curuať: atqꝫ ita fit: vt h̄ numerus ex
vtraqꝫ ꝑte gemiatꝰ. ccc. lx. ſtadioꝝ ſpaciū: qḋ itra orizō/
tē ſuū ꝯtineť efficiat: ⁊ qm̄ circūferētie q̄titas habeť tri
plicādo diametrū: ⁊ addēdo ſeptimā ꝑteꝫ diametri: erit
tota area āhituſqꝫ. ix. cētenorū: ⁊ ſtadioꝝ circiter. xliij.
⁊ ad totū hūc āhitū porphiriꝰ thema fieri iubet: vſus tm̄
ē ꝑ vniuſcuiuſqꝫ climatis vnū erigi thema: qḋ noſ lauda
mus. Ptolemeꝰ. n. iubet hoc facere ꝓ vnaquaqꝫ regiōe:
vt i genitura: ⁊ h̄ ſat ſit. Et de loco ſatis: ⁊ de tpe āhigūt.
Nā ptolo. colligit tēpus ꝑ ꝑagrationē lune i figura. xvi.
*De tpe.* laterum. Dedit enim diem ⁊ horam. At in lib. c. enuncia
torum. ita ſcribit. coniunctiōis locum quo in loco ab an
ni aſcñte eſt: inſpice: ſiquidem cum profectio illuc proue
nerit: tunc euentus erit. Ecce quomodo in annuis coniū
ctionibus: vt in eclypſi facit profectionē: hic autē tēpus
pro ratione peragrationis per angulos ſexdilatere figu/
*Pōpulo* re obſeruat: que videtur inuicē repugnare. Sunt qui vo
lunt pro toto anno eſſe obſeruādā cōiunctionē vel oppo
ſitionem: que precedit igreſſū ſolis in caput arietis: ⁊ tūc
faciūt perfectionē dando cuilꝫ ſigno menſem: qꝛ quādo
*Secundo* aſcñs ꝑuenit ad locū ꝯiūctionis vel oppōnis dādo cuilꝫ
ſigno mēſem tūc euētꝰ ē. Alij volūt ptole. per aſcñs an/



ni intelligere illud qḋ aſcñdit: tūc cū ſol caput arietis in
*Tertia* grediť: ⁊ tunc dicūt ꝑfectionē eſſe ab aſcñte hoc facien/
daꝫ. Alij dicunt ptolemeum vocare annum quicqd ē vl
tra menſeꝫ: ⁊ ita aſcñs anni erit illud quod aſcēdit in cō
iunctione vel oppōne proxima ingreſſui ſolis in quatu/
or illa principia: ⁊ tūc dicūt euentū eſſe qñ aſcñs illud ꝑ/
uenit ad locum cōiunctionis vel oppōnis dādo cuilꝫ ſi/
*Quarta* gno. xij. partem trimēſtris temporis. hoc eſt dies. vij. ac
duo ſexta. Alij dicunt v̄bum ptolemei eſſe intelligēdum
in deliquijs: qñ quidē deliquia ſimpľr dicātur maxime
ꝯiūctiones: ⁊ tunc per aſcñs anni intelligit illud qḋ aſcē
dit in themate eclyptico: qḋ anni aſcñs dicitur pro quā/
to eſt vltra menſem. Hec duo vltima videntur bene di/
cta: nec repugnare eis que dixit hic: qñ quideꝫ profectio
det tēpus generale. peragratio per angulos: ac cardines
det tēpus ꝑticulare; eodē nāqꝫ modo in geneſi fit. plura
eniꝫ tēpora colligūtur a perfectione ſignoꝝ: a perfectio
ne ꝑ partes: quā directionē vocāt grece peripaton. Hec
enim nō ꝯdicunt: cū ſignificationes poſſint deſignari ꝑ
ꝓfectionē. per directioneꝫ: ac per diuiſionē: vt ptoleme
us in vltimo apoteleſmaton ait: que qñ cōuenerit: effectꝰ
erit oīno: ſic in ꝓpoſito qñ enim peragratio per angulū:
⁊ ꝓfectio ꝯuenerit: oīno euētus erit: qḋ grece dr̄ ſymptho
ma: hoc ē calamitas latine: cōtra ēt eſt qñ ꝓfectio eſt: lu
*Ptole. ꝯdictio.* neqꝫ per angulos peragratio: euētus ipſe omnino portē/
ditur: tunc hec igitur nō repugnāt. Rurſum videnť enū
ciata ptolemei repugnare: ⁊ inter ſe: ⁊ ad dicta nr̄a. Ingt
eniꝫ enūciato. xxxiiij. Dñator ſeu hoſpitator iterlunij: ſi
cardinalis fuerit: quecūqꝫ illo menſe futura ſint ſignifi/
cat. Eſt aūt hoſpitator iterlunij q in loco iterlunij hꝫ do/
miciliū: dñator aūt q in eo hꝫ plures iuriſditiones: ꝙ igi
tur horū fuerit in cardine iuxta illius nām portēdit mē/
ſe illo qualitates aeris. Enūciato v̄o. lxij. iquit. Cū minu
tū cōiūctionis principiū facies. potes de mutatiōe aeris
in mēſe illo iudicare: erit. n. iudicium iuxta dñatorē an/
gulis cuiuſqꝫ figure: vincit. n. hic aeris nām: aſſumēs eti
am in his p̄ñtis temporis qualitatem. per dominatoreꝫ
anguli: intelligit dñatorē horoſcopātis partis: cuiuſqꝫ fi
gure. ſ. ꝯiūctionis: oppōnis: ⁊ vtriuſqꝫ quadrāguli. domi
*Sol.* nator. n. aſcñtis in harꝫ ſingula aſſumit aeris qualitatē.
Ecce q̄uo hec duo repugnāt ⁊ inter ſe: ⁊ his que diximꝰ.
Nos aūt dicimus ēt hec intelligēda in ſupplemēto. Nā
qñ dominator interlunij ſit cardinalis: oīno aereꝫ rapit
ad ſui q̄litatē ꝓ illo menſe: vbi vero nō fuerit cardinalis:
pōt vtrūqꝫ obſeruare: p̄ſuppoſito ſemꝑ dominatore iter/
lunij. Nec hec repugnāt inter ſe: nec noſtris dictis. Et de
tēpore hec ſatis. Enunrum. XXVI.

Pereprecciū eſt ſcire generalē cām
eſſe pollentiorem. Succedentes ve
ro preſignificatarū effectionum ſūt
inſtrumentarie cauſe: erūt autē om/
nino euentus quādo dominatrices generaliū
cū dominatricibus particularium miſcentur.

*De ꝯuenientia ⁊ differētia ſignificatoꝝ* Cōtingit iterdū dñatorē gnālis coniūctionis portēde/
re vnū. dñatorē v̄o ꝑticularis dare aliud: iccirco emergit
dubiū: qd predicēdū ſit: iuxta cuiuſue idiotropiā pronū/
ciādū. Propter q̄ ptole. duo videtur precipere: ꝙ ceteris
paribꝰ ꝑꝑ ꝯſtellificatiōis gnālitatē debemus dicere cū
idiotropia gnālis dñatoris. Nā gnāles cōiūctiones ſunt
cauſe prime effectrices: relique que ſequātur per angulo
rū peragrationē ſūt vti iſtrumētarie: ſupponētes effectio
nē p̄maꝝ: vbi aūt ſint ꝯrie ſignificatōis: ſi dñator gnālis
miſceť dñatori ꝑticulari ꝑ rōnē aliquā quā diximus mi

xtionis: ꝓ idiotropia ꝑticularis ē iudicādū. potiſſimū ſi
i mixtura ſit ſuꝑior: vt diximꝰ. Sꝫ vbi ſūt ꝯrie ſignifica/
tionis: neqꝫ ſint admixti: vtrū ſemꝑ iuxta idiotropiā ge/
neralioris ſit iudicādum: Ptole. nō ait: niſi qñ ſūt cetera
paria: tūc. n. iuxta nām gnālioris ē ꝓnūciādū. Punicus
*Expoſitio punici.* iterpres ait. ꝑticularis nām eē iterdū p̄ponēdā: p̄ qñ ꝑti/
cularis ſit pollētior in themate: vt vel i cardine: vel ꝓpa
i ſiľitudine ſiue ꝯditione ꝓpria: vel i domo: ⁊ i ceteris id
genus: ꝯ v̄o gnālis ſit deſtitutior magiſqꝫ deiectus: tunc
eni iuxta nām ꝑticularis ē ꝓnūciādū. Scḋo qñ ꝑticula/
ris dñator ꝯuenit cū ꝯditione tpis āni magis ēt loci: tūc
eni iuxta eiꝰ nāꝫ ē ꝓnūciandū. Sꝫ ſit dñator ebdomada
rie ꝯſtellificatiōis: ꝯriꝰ dñatori mēſtrue: ſibiqꝫ admixtꝰ
ſit ſingnificator trieſtris: nō āt meſtruꝰ: qd agēdū: dicerē
iuxta nāꝫ ebdomadarij eē ꝓnūciādū: qñ qdē cū fortiori
admiſceať. Sūt aūt caſus fere iñueri ꝯtigētes: q̊s ptole.
remittit nobis ꝯſiderātibꝰ: vt ēt i medica arte offerūť ca
ſus: q̊s nullus ſcribit: eapꝑ ptole. ingt enun10 p̊. opꝫqꝫ tra
ctātē hec reꝝ ꝯiectura vti. Soli. n. numie afflati p̄dicūt
ꝑticularia. Curioſus. n. ⁊ obſeruās mathematicus gnāti
q̄tū pōt p̄dicere dꝫ: qñ qdē ꝑticularia ſint infinita ac ab
arte reiciēda. hec de q̄litatibꝰ aeris ꝑ obſeruatiōes cele
ſtes: ꝯñs eſt: vt ꝑ ſtellas corruptiuas in his adiuuemur:
vt ptolemeus precipit. Enunrum. XXVII.

Signa q̄ circa ſoleꝫ: lunāue: ceteraſqꝫ
ſtellas coapparēt ad ꝑticulariū quali
tatū cognationē cōferre ſolēt que q/
dem ſoli orienti coapparent ad diur/
naliū qualitatū notitiā conferūt: que vero ipſi
occidenti conſpiciuntur ad nocturnalium.
*A ſtellis corruptiuis.* Erat cognitio q̄litatis aerie i trimeſtre tpe: in mēſe: eb
domada: ⁊ quadriduario a ſemiq̄driduario die: ac hora.
Incipit nūc a die: qḋ p̄ vulgaribꝰ offertur: ⁊ vult eē obſer
uādū ſolē in ortu ꝯſtitutū: qñ qdē ortus ſit p̄nm diei: ē aūt
p̄nm vniuſcuiuſqꝫ rei p̄m aīaduertēdū: naꝫ ab ipſo cetera
ſequūtur. Seruiet aūt hec obſeruatio ꝓ cognitiōe q̄lita/
tū q̄ die ꝯtingūt. Pro q̄litatibꝰ v̄o nocturnis iubet obſer
uare ſolē i occaſu collocatū: naꝫ tūc ē noctis p̄nm. Que āt
coapparere ſolēt: ſūt nubes: coruſcationes: colores: ⁊ id
genus: hec. n. e ſole ipſo gnātiꝫ ꝯtingūt: a dñatore diei ꝑ/
ticulatim qbꝰ coapparētibꝰ dep̄heſis: oecodeſpotiā dia/
rij dñatoris colligemꝰ: q̊ fit vt pro nā eius iudicabimꝰ.
Enunrum. XXVIII.

PRo qualitatibus vero pluribus tēpo
ribus perduraturis: obſeruabimꝰ ho
ras cōfigurationum luminariū: quan
do quidem configuratio prima habe
at vires vſqꝫ quo luna cum ſole permutaue/
rit ſe ad aliam.
Hora ꝯfiguratiōis trimeſtris ē ante igreſſum ſolis in
*Pro tpe multo.* aliqḋ q̄tuor p̄ncipioꝝ: vtpote ꝯiūctiōis vel oppōnis. Ho
ra v̄o ꝯfiguratiōis mēſis ē: qñ ē ꝯiūctio vel oppō q̄ ē ca/
put mēſis. Mutat aūt luna ꝯfigurationē: q̊tiēs venerit
ad angulū aliquē figure ſexdiāgule: in q̄ qdē ꝯſtituta hꝫ
nouā ꝯfigurationē cū ſole. Pro q̄litatibꝰ igiť vēturis ge
neratim i trimeſtre: obſeruāda ſūt coapparētia hora tri/
meſtris ꝯfiguratiōis. pro q̄litatibꝰ gnātim vēturis i mē
ſe obſeruāda ſūt q̄ coapparēt hora meſtrue ꝯiūctiōis vľ
oppōnis: ⁊ ita i ceteris faciēdū. Cuius rō ē: qꝛ vires p̄me
ꝯfiguratiōis vigēt vſqꝫ ad tp̄s ſcḋe. In prīa nāqꝫ ꝯfigu/
ratiōe vis quedā ligať: que nō ſoluiť: niſi ꝑ aduētum al/
teriꝰ. quo fit: vt per huiuſmodi coapparētia ſignificemꝰ

qualitates portendi vſqꝫ ad configurationis ſecūde aduentum. Sed dices. cur vis hec ligata i eclypſibus vſqꝫ ad ſcđam eclypſim non perdurat: tum diximus ꝙ hec ligatio fit pp peragrationē: illa pp luminis ſurreptionē. Quare tādiu pdurabit ſignificatio in peragratione: quā diu ſuccedet noua peragratio. In ſurreptione autē lucis nō eſt ita: ſed taꝫ diu durabit: quā diu ſurreptio perſiſtet: durat aūt ſurreptio lucis in ſole pro tot horis: tot annis: in luna tot mēſibus: propter cauſas traditas: ⁊ qm̄ configurationes trium ſuperiorum propter peragrationem hn̄t vires: iccirco ſignificationem cōfigurationum illorum perdurabunt: quouſqꝫ alie ſuccedent configurationes: vel inter ſe: vel cū alijs: vel cū luminaribꝰ: cuius cōtrariū albumaſar opinatur: ⁊ nos deinde dicemus. Sūt igitur coapparētia: tūc tēpore obſeruāda: qm̄ quidem ex his habetur predominatoris cognitio: iuxta cuiꝰ naturā erit pronūciandū. ❡ Enuntum. XXIX.

De pduratione ſignificationuꝫ. In tribꝰ ſuꝑioribꝰ.

Sol itaqꝫ exoriens vel occidens rutilus: limpiduſqꝫ: nulliſqꝫ opertus nubibus ſereni temporis nūcius exiſtit. Ubi vero area verſicolore: aut rubra operitur: aut radij quos diffundit: vel q ipſum circuunt: rubri: aut nubes quas ſoles dicunt: in certa ſolis parte conſtiterint: rubroqꝫ colore conſpicue: eiuſqꝫ radij oblongi exiſtentes ab area ſe diffundant: exceſſiuos vētos nūciat: ea. vꝫ. e celi poſitura: i q̄ hec ſpectātˀ ſigna.

De ſignis e ſole. Higinus. Colūella. Democriti pnoſticon.

